



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 100. Et cum tetigisset auriculam eius sanauit eum. v. 51.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

scindi, protinus misertus, malum voluit oblinere, & ad se Iesum accessit & sanaret, quod & fecit, tangendo. Vnde maior apparet istorum latronum cæcitas, qui sanantem miraculose vulnera inimicorum suorum, capiunt.

**O** Dulcissime! & amantissime agne! quam mitis es in hostes tuos, quam magnus es in obedientia patris, in omnibus voluntatem eius respiciens! Quam promptè te offers in victimam, pro me ingrato peccatore! & ego in minima occasione patientia, quomodo refugio calicem, quem mihi præbes! quam sum passionatus! quam turbulentus! mordeo, clamo, vulnero; fac me igitur mitem erga quoscunque & da verum erga te amorem & plenam resignationem in voluntatem tuam, ut finam omnia que emendare non possum, donec iudicaturus venias sæculum.

§.100. Et cum tetigisset auriculam eius sanauit eum. v.51,

Videt, quare dixerit Dominus. Usque huc: nimirum ad se auriculam & Iesum voluit adduci, ut tangendo miraculose sanaret. O incomprehensibilis mansuetudo! o admiranda benignitas! o humilitas ineffabilis! & Domini in ferocem inimicum suum amor! Quis iam ultra lachrymas cohబere posset: tam ineffabilem Christi, erga impiè captivantem se, & inhumaniter iracutem, & direcione vincientem inimicum, attendens benignitatem? Quid dicam? nimis bonus es, bone Iesu, non est iste mos hominum. Natura ipsa, docet se conseruare, defendere; & in defensione sua etiam occidere aggredientes, & occidere volentes. Tu autem eos non modo occidere non vis, sed & Iesum sanare, & vitam eis felicem donare! Quid hoc ipsum beneficium humanam superat naturam: venerat servus, ut comprehendenteret Iesum; venerat, ut justo mortem inferret, ipse nec hostem pallus est vulnerari, & vulneratum inimicum, ipse sanavit. Obstupecite homines.

§.101. Dixit autem IESUS ad eos qui venerunt ad se Principes Sacerdotum & Magistratus templi, & Seniores. v.52.

Ergo iuxta huius Evangelistæ sententiam, non solum cohors militum secuta est Iudam ad capiendum Iesum in horro, sed & ipsi principes aliqui Sacerdotum, & Magistratus templi, & Seniores, cum ministris eorum, agentes desiderio perdendi Christum, stimulis iniuridicæ & vindictæ dum agitati, ut prospicerent, ne quæ fraus subesset in eius discipulo Iuda, aut negligentia & torpor in milite; & in casu aliquo improviso eundem anti-